

Gerhard Meier

[...] s. De Semine Messiae, ex Jes. LIII. com. 10. [...] Contra Judaeos Ex Judaeis Disputatio ...


2 :

Wittenbergae: Henckelius, 1686

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747231923>

Band (Druck) Freier  Zugang






27

73.

Fa-1092(73.)



בעהקקק
Syllabus eorum.

Qvæ

Tomus h. c. IV. Continentur.

- I. Antonii Hulsi Theologia Judaica.
- II. Oleani Synopsis Errorum Pontificiorum.
- III. Eundem Syn. Errorum Calvinianorum.
- IV. Eundem Syn. Errorum Arminianorum.
- V. D. Scherferi Theses Anti-Syncretisticae.
- VI. Czerlinsky Praef. D. Alabich horstius Actare Gideonis ad Jud. VI. 24.
- VII. M. Willemen וילימן Ep. Q. LXXIII, 25. ab.
- VIII.)
- IX.) M. Gerhard Mejer מייגער ex Jesai. LIII, 10.
- X.)
- XI.)
- XII.) M. Dassovii Rabbinijs Philol. Sac. Ancillans ad Jerem. XXXIII, 5. 6.
- XIII.)
- XIV. M. Willemen Flores וילימן ad Cap. XI, 7.
- XV. Dr. Hollbergii Sapientia a libere justificata, Matt. XI, 19.
- XVI. Dr. Schurfleisch. Johanne Epistola Jac. XVII. Idē. de Nolus
- XVII. M. Rentschij Praefide D. Meisnro de Capernaismo.
- XVIII. M. Tentselij Praef. Dr. Arelbergia de Proseuchis Judeorum. Act. XVI, 13.
- XIX. M. Tromeyer. Praef. Seb. Schmidio ad Rom. I, 16.
- XX. Schurfleischii Euphemismus Paulini.
- XXI. M. Weihenmayerg de Anathematismo Paulino. (Cor. XVI, 22.
- XXII. Jacobi Leontomij de Pratore & Pratoris ad Phil. I, 13.
- XXIII. Eundem altera.
- XXIV. Kochii Sub Praesidio D. Bajeri de Affectantibus Parochiam (Tim. III, 1.
- XXV. M. Storrij Praefide Carpionis Petrasidei. ex 1 Pet. I, 19. 20. 21.
- XXVI. Dr. Maji de Inspiratione Scripturae S.
- XXVII. D. Joh. Fausti de Gloria Incomprehensibilis Script. S.
- XXVIII. M. Reinhardi ריינהארד.
- XXIX. Dr. Sennerti de Origine Linguae Hebraeae.
- XXX. D. Welleri וולר.
- XXXI. Schurfleisch Philologomata Miscella.
- XXXII. M. Beck ביק usus Phylacteriorum Judaicorum.
- XXXIII. Jacobi Rheinfeld ריינהולד Arminianorum Oligus ad Rom. LXXIII.

Handwritten text in a medieval script, likely Gothic or similar, arranged in columns. The text is heavily faded and obscured by large, irregular water stains, particularly in the upper right and central areas. The script is difficult to decipher due to the damage and fading.

lx
זרעו של משיח

f.
De

SEMINE MESSIÆ,

ex Jes. LIII. com. 10,

יראה זרע

CONTRA JUDÆOS

EX JUDÆIS

DISPUTATIO SECUNDA,

Quam

AUTORITATE ATQUE CONSENSU

Amplissime in Acad. VVitteb. Facultatis Philosophicæ,

Publico Examini exponit

PRÆSES

M. GERHARDUS MEJER, Hamb.


RESPONDENTE

JOHANNES BÜTERO, Stad.

SS. Theol. Stud.

Anno M DC LXXXVI, ad d. XXIV. Febr.

H. L. Q. C.



WITTENBERGÆ,

Typis MATTHÆI HENCKELII, Academ. Typogr.

29.

27.

26.

25.

10.22.

21.

11.

12.

19.

13.

14.

15.

16.

SEMINI MESSIAE

CONTRA IUDAEOS

DISPUTATIO SECUNDA

M. GERHARDUS MEIJER H. S. M. P.

JOHANNES BURRO, Stad.

WILHELMUS, Academi Typogr.





בעזרת המלמד לאדם דעה :

Ἄνευ εὐνοίας.

SECTIO II.

Subjectum καὶ ἄρσιν considerans.

I.



Superiori Sectione uberius atqve

copiosius, sed omnem tamen nauseæ depre-

cor molestiam, ורע ורחוק ἐστυμον quod

haberet, ἐνόδω. Nunc, ratione ac viâ ut

procedat oratio, alio cura est vertenda. Qua-

re rem ipsam paulo ordiri altius, non abs re

duco. Extrema verò cum primis vix aptius

videntur cohasura, quam, si questioni jam olim ab Æthiopum Re-

gina Dynastâ motæ Act. 8. 34. Περὶ τίνος ὁ Προφῆτης λέγει

ἴστω; satisfiat. Etenim vel Abarbancele (a) recte : ראוי לדעה על מי

בתחילת הדברים אמיתת כוננת הנבואה על מי נאמרה

i. e. Convenit ante omnia in ipso statim principio, veram

hujus Prophetia intentionem, de quo sc. sit prolata, cognoscere.

(a) In Jes. fol. 78. col. 1. l. 17. 18. a. f.

II. Equidem per diu hæsitavi, identidem me revocando i-

psum, hanc utrum Sectionem priori, an priorem huic præmitterem.

Illud propemodùm dua impetrassent rationes, quas rem ipsam per-

pendenti animus suggestit. Quippe ut absque fundamento im-

becillis est ædificatio, sic inutilis esse mihi scriptura videbatur o-

mnis, nondum invento constitutoqve subjecto. Subjectum por-

ro suo præponendum esse prædicato ipsum naturæ flagitare ordi-

nem suspicabar. Verumenimverò quandoquidem crypsis aliquan-

do transpositionis (b) in ipsis locum habet enunciationibus, quid?

A 2

quod

(b) Vid. Argutiff. D. Joach. Jung Log. lib. 2. §. 5. p. 110.

29.

27.

26.

25.

20.

10. 22.

11. 21.

12. 0.

19.

13.

14. 8.

15.

16.

quod talia demum sint subjecta, qualia permittuntur à suis esse prædicatis, *præposterè non videbar mihi acturus, si methodum*, quam experam persequi, *obfirmarem*. Accedit etiam illud, quod prædicatum qui pernovit, prolato dein subjecto, felicius utrum competat illi an minus, dijudicet, sed, absque hoc si foret, hæreat dubius. Perversum ergò qui ordinem esse censet, suas poterit periclitari vires, *mibi ea mens est, singula locis esse accommodatis collocata*, institutiqve hætenus me non poenitet.

III. *Subjectum* itaque vaticinii nostri quod concernit, *non omnibus unum* est atqve idem. *Tanta enim sententiarum deprehendi divortia*, ut, maximè controversam plenamqve dissensionis materiam incudi me reddidisse, non difficulter intelligam. *Licet quidem luculentissimis & autoritatis nunquam lubricæ testimonii de Christo sermonem instrui omnem liquidò confirmare*. *Quapropter si nihil apud omnes esset antiquius, quam Sancto Spiritui, optimo certè verborum suorum interpreti, vacuas nullisqve oneratas præjudicii adhibere aures, acta transacta essent omnia. Sed cum non pauci omnem omnino sensum pudoris veritatisqve amore ejurarint penitus, quin insuper etiam ab ultimæ blasphemix commercio parum absint, non desunt, qui obstrepant, & manibus, quod ajunt, pedibusqve enixè ipsam causæ arcem concutere allaborent. Qui vicissim tantà sunt in varietate ac dissensione constituti, ut molestum sit eorum annumerare sententias. Modus quoniam tenendus est, leviora missa facio plurima.*

IV. Vir sui semper nominis, Magnus ille *Hugo Grotius*, sed major multò ipsumqve adeò superaturus nomen, si à sacris cautas abstinens manus Theologis minus creasset molestiæ, *in horrida discedit resqva*. Socium illi atqve comitem, ne quid muta cruciet solitudo, junxerim. Sed vir est *Anonymus Semijudaizans* (c) tenacissimus sententiæ communis propugnator, qui, si doctrinam consideres, cum Grotio comparationis subire aleam nequit. *Uterqve excellentis cujusdam Rabbini vocat* *אֵלֶּיךָ יְיָ אֱלֹהֵינוּ* dicti, *Saadia* aliàs viro nomen est, *sententiam* sempiternà obruendam oblivione crassisqve occultandam tenebris ex orco in lucem revocavit. Usqve adeò verè dicitur: *Non hominum interitu sententia*

(c) Jac. Mart. de 3. Elob, l. 3. c. 103. seqq. p. 589. seqq.

29.
27.
26.
25.
10.22.
11.21.
12.20.
13.19.
14.18.
15.
16.

ria quoque occidunt. Nefas autem nobis, imò à communi sensu alienum videtur, hujusmodi *perverse* plus quam *Judaica exemplum esse editum* suscepto commenti patrocinio. Maculam sanè ignominia nullo eluendam tempore contraxerunt, & meritam repurgata religioni addictorum *offensam sibi constarunt*. Nimirum *contra textus ipsius, quæ, prophetiâ jam tum impletâ, summa est, evidentiam: contra admirandam Evangelistarum & Apostolorum consensionis fidem: contra communem Christianorum quæ veterum quæ recentiorum sententiam: contra ipsius denique antiquitatis Judaica suffragium, rumusculos præcul dubio aucupaturi de Jeremiâ exponunt*. Singula liquidò constabunt deinceps, nunc hoc ingressis institutum, *in quam diversas porrò catur sententias prius recensere collibitum est*.

V. *Abarbanel*, cognitâ expositionis, quam de Israelitarum cætu instituerat, infirmitate, palmam novitiorum plurimis non dubiam tantummodò factururus, sed prærepturus omnino, mirum dictu quanto desudet opere ac elaboret, ut *Josia Regi* Prophetiam congruenter, at irritò conatu, *accommodet*. *Boni*, ait *Hullsius* (d) *sagittarii legem observat homo ille, quò duplici teio ad iterandum iktum, altero sortè aberrante, pharetram habet instructam*. Rationes ab eo proferri speciosas magis quam solidas, qui non nimis obesarum est narium perfacile animadvertet. *Forsterus*, (e) esse *Judæos*, qui de *Esrâ*, *Zerobabele*, nec non *Jesu Summo Sacerdote* interpretentur, affirmat. *Magn. D. Calov. l.c.* nonnullos de *Abrahamo*, alios de *Angelis ministris* intelligere asseverat. Sed horum refutationem frustra à me flagitaveris, quippe cui nuspiam videre nedum expendere sententias ejusmodi licuit.

(d) *Theol. Jua. lib. I. part. 2. pag. 320.* (e) *Disp. I. in Jes. 53. S. 19. sq. cit. D. Wellero Disp. in Jes. 53. p. 9. & D. Gejero Disp. pro Licent. S. 2. Conf. D. Job. Forsteri Comment. in Jes. 53. p. 701. & Magn. Calov. Bibl. Ill. T. 2. p. 250. a.*

VI. *Aben Esra*, *Joseph & David Kimchi*, *Raschi*, (f) *Lipmannus*, (g) *Nachmanides*, (h) *R. Isaac ben Abraham* (i) magnâ conspiratione consentientes irritam exercent acumen, qui de *Judeorum*

A 3
(f) *Vid. Abarb. in Jes. f. 78. col. 1. l. 18. a. f.* (g) *in Nizzachon ed. Theod. Hacksp. p. 130. seq.* (h) *Abarb. l. c. f. 79. col. 1. l. 11.* (i) *in אמנה חוק cap. 22. p. 201. m. ed. Wagenfeil.*

daorum natione sermonem esse susceptum expediant. Sed in
quantas vitio depravata voluntatis incidant salebras, & quam tur-
piter sese dent, à contestatâ unanimiqve majorum concentu dege-
nerantes, è subnectendis evidens erit atqve perspicuum.

VII. Ex instituto hactenus potiores unum toti prophetia
constituentes subjectum sum persecutus. Munia verò his conten-
tus parum viderer obiisse. Quamobrem mearum quoque duco
partium, reliquam in assignando subjecto, non sine insigni perditâ
causâ argumento, narrantium classem percensere. In hac non
postremus est R. Moses Alshech, vir ingenio valens atqve celebris,
qui totam penè scripturam, novis subinde studens rebus, com-
mentariis illustravit. Cujus partam suggillare famam mihi qui-
dem religio est. Sit ista in Græcorum levitate perversitas, qui om-
ni laude indignos censent illos, à quibus de veritate dissentiunt.
Quod si *in hoste agnoscenda virtus*, à nativo sapientiæ cultu
scripta ejus non abeunt omnia. Suo igitur præconio nequicquam
est fraudandus, inprimis dum vetustissimorum sententiam scriptis
Christianorum apprimè consentientem in locis maximi quoque
momenti non fraudulenter exhibet. Quâ in re illorum, qui
scripta ejus studiosè lectitarunt, judicia nullus reformido. Ex
ungve, quod ajunt, leonem agnoscere licuit. Justam tamen, ut
molliter dicam, incurrit reprehensionem, quod omni absque in-
dicio, nexu devincta indissolubili artissimoque, imperiti instar
laniæ, securi non in articulorum impactâ juncturas, divulsit. E-
tenim non sine dolo malo, more trochilorum levissimo saltu
ramos arborum raptim transilientium, à persona transvolans ad
personam, vaticinii sententiam circumvenit. Non potuit non pro-
phetiæ principium ad cap. 53. v. 2. oculorum ejus aciem præstrin-
gere, ac majestate lucis copiosæ expositionem de Messia exprime-
re. Dein, licet res ipsa nullam arguat diversitatem, seriem
discerpit, à Messie personâ ad indefinitam pergens. Hanc de-
mum, quamvis simpliciter ad eandem omninò relata personam
subjiciatur sententia, ad Mosén inde à v. 9. restringit. Nostrum
ergo *וְרַע יְרֵאָהוּ* absque omni ferè suffragio Mosi tribuit.
Sed quid est, si non hæc perversitas est? Quid certi tandem, quo
fides queat niti, relinquetur, si tanta quasvis personas pro lubitu
fin-

fringendi ac introducendi est impunitas? Proinde, ut procul hinc in malam rem facessere Alschechum jubeamus, pietas efflagitat, impetrat.

VIII. *Jonathanem* ejusdem esse criminis reum nec melioris interpretis functum officio, autor est Abarbanel. (k) *Priores* quidem *versiculos de Messia*, hos vero qui excipiunt על כחירי צריקין de *justorum selectissimis* accepisse docens. Antiquorum insuper nonnullos multa Messiae, prout decuit, applicantes, vafre nec malitiose minus ad *Mosen* v. 12. pro effrenata sua temeritate detorsisse ex eodem & Kimchio (l) datur colligi *Suffragatur utrique R. Simeon*, Francofurti quondam concionator non contemnendus, in libro, quem à varietate multiplici materia non in uno, ut ita loquar, nemore indagata, ילקוט i. e. *per am* appellat, quanquam, cum attentione videretur dignus, ab autore שמעוני quasi *Audite me* dicas, nomen etiam aliud invenerit. Geminum profert is testimonium: alterum ex סוטה, qui sex partium Talmudicarum tertiae liber est septimus, Latino idiomate à Cel. D. Wagenfeilio donatus: alterum ex ספרי antiquissimo in legem commentario, quem s. R. Simeonis ben Jochai s. R. Ismaelis factum 220. annis circiter post Christum provenisse testis est Joh. Buxtorfius. (m) Alii profus ad R. Akibham v. 12. applicant. (n)

(k) Fol. 79. col. 1. l. 8. (l) B. B. f. 498. col. 1. l. 3. a. f. (m) *Bibliorb. Rabb. p. 390.* (n) *vid. Hulsius Tb. Jud. l. 1. P. 2. p. 391.*

IX. At verò *frivola sunt*, cujuscumque tandem sint, haec *sententia*, in fumos adeoque abitura. Nec nostris quidem contra eas armis est opus, postquam *domi oppugnantur* satis. Silentio involvam brevitatibus, ad quam lege adstringor, studiosus, Rabinorum minimè minimos Kimchios & quotquot de universa Israelitarum turbâ, quinimo vel de Josiâ, vel Jeremiâ, vel Jesaiâ totam trigessimam recitant vaticinationem, tacite hanc *subjecta mutandi levitatem* refutare. Illud tamen impetrare à me vix potui, sicco, quod dicitur, ut praeferrem pede, *Aben Esram* perspicaciorem nescio an veri amantiorem disertis *turbatores hosce redarguere verbis*: (o) הנכון בעיני כי כל הפרשה רבקה Rectum omnino mihi videtur totam hanc sectionem corroborare

barere. Eant nuue Judæi, diversa uni vaticinio, prout palato ar-
ridet, aptantes subjecta, atqve hac redigant in gratiam. Nos pri-
us frigida cum calidis, cum siccis humentia conciliabimus, quam
illi suum perficiant opus. At in apertissimis longior esse nolim.
Summa huc redit omnis, eam esse recentiorum sententiam, Jesai-
am calceum confecisse, sibi autem copiam fecisse pedem qua-
lemcunqve inferendi. Quasi pes calceo, non hic verò illi esset
adaptandus.

(o) *Bibl. Buxt. f. 519. col. 1. l. 17. a. f.*

X. Nunc id mihi datum arbitror negotii, ut *sententias &*
eo quidem quo recensui ordine, *in veritatis proferam lucem.* Hæc
præfatus: Iliada, ut loqui amant, post Homerum haudquaquam
à meiri conscriptum. Nec artis censeo esse aliorum libros, id
quod fieri consuevit, alià donare Latinitate. Omnem ergo *pla-*
gii suspicionem prorsus à me volo remotam. Allego ingenio, qui-
bus fontibus meos irrigavi hortulos. Sed nã difficilem postu-
lant temperantiam, eos qui suffecisse contendunt. Turpem esse
quærendi defatigationem arbitratus, cum id, quod quæritur, sit
pulcerrimum, nulli peperci, ut inventis nonnihil adderetur, dili-
gentiã. Quæ adjecta sint denuò, B. Lectoris facere judicium ni-
hil subverebor. De *Jeremiã* expositionem qui instituunt omnem,
quantam Socinianorum nequitia fenestram patefecerint, Theo-
logi pro plenaria satisfactionis Christi veritate masculè propu-
gnantes edisserant. Nos eas nobis non sumimus partes, ut se-
cretiora Theologiae penetralia pervadamus. Grotius Magn. Dn.
D. Calovii * & D. Varenii (p) *Anonymus* verò (q) Jac. Martini
jam tum subiecerunt limam. Nostræ non est opis meliora su-
peraddere.

(*) *Bibl. Ill. Tom. 2. p. 249. sqq.*

(p) *Comm. in Jes. part. 3. Or. 6. p. 307 - 316. (q) l.c. s. 4.*

XI. Saadium tamen, ne ulla Judæis ad illius auctoritatem
provocandi ansa super sit, quin excutiam intermittere non possum.
Eqvidem R. AbenEsra (r) & R. Menachem (s) *laudibus ef-*
ferunt Saadium פירש שיפה quod non inepte de *Jeremiã* ex-
plicaverit. Verum ab Abarbanele, nec volam nec vestigium de
Iere-

(r) *B. B. f. 519. col. 1. l. 57. (s) vid. Abarb. in Jes. f. 78. col. 1. l. 20. a. f.*

Jeremiâ in ullo apparere versu contendente, meritis propterea
vapulant modis. למה ידעתו מה טובו ומה יפיו שרואו
כו Quid boni quidve pulchri in ejus animadverterint explicatione
profus ignoro (t) Hujus ergo argumentis feliciter Saadiam
veritatis expertem conficiemus. Dic, qvælo, Saadia, qvâ fronte,
qvâ conscientiâ, quo tandem fundamento ונכה ונשא
מאר excelsam istam dignitatem הרמה (u) ad Je-
remiam applicabis? Ecquod ex totâ antiquitate tibi suppetit indi-
cium עליו יקפצו וגו' de Jeremia esse accipiendum? Cum

Abarbanele profecto in gratiam tibi redeundum est, qui Prophe-
tias illis temporibus nemini fuisse ignotos asseverat. Prædicata
quoque reliqua וכחבורתו וגו' חליינו הויה נשאת וגו' ונפא לנו
conciablis ratione? Mitto cætera. Nostrum זרע ורמה זרע
Jeremiæ posse affingi Abarbanelem contra te dicentem edoce. E-
gregiam verò Saadia expositionem, qvæ vix ullum habet Scriptura
textum, qui minimo Jota ejusdem faciat conjecturam! Contex-
tum denique si expendas, tantum abest ut illam insinuet, ut ei
manifeste contradicat. Solum hoc Aben Efram æquissimum aliâs
Saadiæ arbitrum, ut discreparet, permovit. (vv) כי מר
טעם להזכיר ורמיהו אחר הנחמות ולפני הנחמות
i. e. Et antecedentia & consequentia meras spirant consolatio-
nes, quis ergo Jeremia hic locus?

(t) l. c. & fol. 79. col. 1. l. 13. & 20. (u) Abarb. f.
78. c. 4. l. 51. (v) B. B. f. 519. l. 17. a. f.

XII. Paucula sua noctis opaca, qvæ opponit Saadias, nego-
tio non difficili Phosphorus dispellit Propheticus. Conjicit (x)
בו הפגיע ו' v. 6. nec non רבים נשא v. 12.
idcirco de Jeremiâ congruè exponi, qvod Jer. 18. 20. זכר עמרי
Ubi obiter ob-
servo pro לדבר tam ab Aben-Efra qvàm Abarb. ll. cc. לבקש
repugnantibus Targum, Buxtorffio, רדק (y) Athiâ, Bibliis
utriusque formæ non punctatis & haud dubiè pluribus legi.
Σφάλαρα esse μνημονίων illud arguit, qvod ipse Abarb. f. 118. ve-
ram retineat lectionem. Mirari ergo subit, cur perspicacissimus
C. L'E. (z) vel emendare illud vel notare saltem noluerit. Ex-

(x) vid. Ab. Es. l. c. l. 19. af. Abarb. f. 78. col. 1. l. 22. af.

(y) B. B. f. 544. p. 2. l. 21. (z) 17 ad. c. p. 3. l. 4. a. f.

ceptionem verò ipsam, ad vivum si refecetur, erroris esse plenissimam, quis non videt? Illud scire nimium velim, utrum humiliter intercedendo iram avertere divinam, & poenas peccatorum debitas perferre, imò bajuli instar humeris impositas auferre paria faciant. Quis Abrahamum amicitiae gloria excellentem & indefessis pro Sodomitarum salute obsecrationibus Deum defatigantem, supplicia suscepisse Sodomitarum digna sceleribus asseverare sustineret? Oracula scripturae diviniore hunc pro illo posse poenas exolvere negantia supersedenda videntur. Et, quoniam *super vacua*, juxta tritum JCrorum, *non nocent*, subnectimus: *ut ut hac maxime isodovapūvra forent, non inde sequi tamen: Hoc Jeremia adscribi potest, E. revera de eo agit. Multa, inquit J. Martini, (aa) habentur apud Virgilium de Aeneâ, quae non inconvenienter possunt applicari ad Josephum versantem in aula Pharaonis: Inde verò non statim licet inferre, ea quae Virgilius dicit de Aeneâ, intelligenda esse de Josepho. Adde: E quartâ Virgilii Eclogâ plurima possunt ad Christum accommodari, at non nisi insipientis foret illam Vaticinium de Christo appellare. Denique nulla lex prohibet, nulla ratio vetat, quominus de Mose precibus Israelitas propugnante pari jure explicentur eadem. Eadem ergo facilitate, quâ sunt prolata, dilui hac posse satis superque apparet.*

(aa) de 3. El. l. 3. c. 106. p. 636. m.

XIII. Abarbaneli de Josia hoc vaticinium interpretanti mentem precamur meliorem. Facile foret, si id ageretur, pluribus nec ratione gravi carentibus eruditorum calculis ipsum condemnare. Excitavit enim homines non socordes ad veri investigandi cupiditatem. Otium nobis non ingratum suis in caput hocce commentariis hac literarum luce dignissimis Varni ille Deus D. Varenius (bb) *Const. L'E (cc) & Ant. Hulsius (dd) pepererunt. Ipsa ratio & veritas inconstantia cum, dum mente atque calamo titubante modo de Israelitis, modo de Josepho interpretatur, egregie convincunt. Nos, quod sufficiat, in vaticinationum ignoracione versari illum, qui & Jeremiam & Ezechielem, vates à diviniore agitato spiritu, verbis castigare aspernitibus minime erubuit, non affirmamus solum, sed propugnabimus etiam. Hunc quasi parum in lingua sanctiori versatum accusat impudentissimè: (ee) מן אמת שיוקאל נביא*

(bb) pag. 336-355. (cc) l. c. p. 151-226. (dd) Theol. Jud. lib. I. P. 2. p. 385-390. (ee) In Ez. praef. f. 154. c. 1. l. 21.

לֹא הָיָה בְּקִי בְּלִשׁוֹן הַקֹּדֶשׁ וְלֹא בִּכְתֻבֹתָיִם
De illo, qv̄a est perfrictā fronte, confidentius pronunciat, (ff)
nec nitide nec ordinate, sed stylo moderatē culto sua percensere,
adeoque Jesaiam prophetasqve reliquos immane, quantum post se
relinquere: **לֹא הָיָה יִרְמְיָהוּ שֶׁלֹּם מִדָּבָר בְּסִדּוֹר**

חֲרֻבֵינוּ וְיָפוּי הַמְּלִיצָה כְּמוֹ יִשְׁעֵיהֶוּ וְכוּ' Pro-
prio eum jugulabimus gladio. Se atqve asseclas nec intentionem
nec verba Prophetarum exploratē percepta habere atqve cognita
non dubitanter testatur: (gg) **אִין אִנּוּ מְכִינִים רַבֵּי** (gg)
: **וְעִנְיֹתֵיהֶם הַנְּכֹאִים וְעִנְיֹתֵיהֶם** Neqve id mirum, cum, eodem te-
ste, (hh) *Judeorum sapientissimos omnis defecerit & sapien-*
tia & prudentia, quamprimum captivitatis jugo, qvo etiam
nunc premuntur, colla subdiderunt. **כְּבֹאֵם בְּגִלוֹת אֲבָרָה**
לֹא אֲהַנּוּ יוֹדֵעַ עַל מֵהָ & חֲכָמָה הַכְּמִי וְגַו' ubi
iterum **אִין** pro **לֹא** per memoriae lapsum adhibet. conf. Jes.
29. 14. Pl. 74. 9. *Quid ergo cum eo agas, qui neque equum, ne-*
que jus novit: melius, pejus; profici, obsit: nihil videt, nisi quod
lubet.

XIV. Eaporro, in quam complures devenerunt, opinio,
ac si duplex depingeretur Israelitarum status, alter captivitatis, li-
berationis alter, tantis scateet absurditatibus, ut iis recensendis
agrè quis sufficiat. *Quibus iterum à D. Varenio, D. Joh. Mul-*
lero, (ii) C. L'E. & Hulsio (kk) ad oculum demonstra-
tis atqve explosis, longa de nostrā disputatione denuò detrahatur
oratio. Illis enim nostrum judicium & scribendi ordinem adjun-
gimus. *Ipsè Ab. Ezra & Abarb.*, ac quantæ apud suos autoritatis
Viri! acerrimi qvondā hujus sententia propugnatores, haud obscu-
ris testantur indicitiis revocatā ad veritatem ratione, *quanta sibi de*
Israelitiis facta explicatio displiceat opere. Parum adest, quin pa-
linodiam canant ipsi. *Quid? quod retractasse omninò videntur,*
dum relicta priori sententiā, neqve enim utramqve tueri pote-
runt, hic de Josiā exponat, ille (ll) istiusmodi expositionem
obsignet verbis, ut Jesaiam potius substituendum esse innuat. Est
ergo quod mireris, dari non paucos Christianorum etiam nomen

B 2 (xx) pro-
(ff) *Præf. in Jer. f. 96. c. 2. l. 32.* (gg) *in Jer. c. 40. f. 61. c. 1.*
l. 36. (hh) *in Jer. 53. f. 79. col. 1. l. 4. a. f.* (ii) *Judaism. c.*
21. p. 800. seqq. (kk) *Theol. Jud. l. 1. P. 2. p. 395.* (ll) *B. B.*
f. 519. c. 2. l. 47. 48.

29.

27.

26.

25.

4.

5.

23.

10. 22.

21.

11.

20.

12.

19.

13.

8.

14.

15.

16.

professos, qui agnitum à Judæis errorem plenè approbare buccis non verecundantur.

XV. Profectò arenà sine calce scopisqve pugnaverit dissolu-
tis, qui vel ex למר v. 8. (mm) vel השם v. 10. de solis agi
Israelitis arguere instituerit. Non equidem diffitebor, usitatis-
imum esse sacrorum scriptoribus, de Israëlitis nunc in singulari nunc
in plurali, modò in mascul. modò in femin. habere sermonem. Ex-
emplis convincerem apertè declarantibus quod Propheta unus ac
item alter (an) כננין כנסת ישראל ידבר לשון (an)

זכר כנגד העם ולשון נקבה כנגד הכנסה
Tum respectu individuorum adhiberi solere pluralem, singula-
rem verò si ad totum respiciatur cœtum ex Kimchio (oo) liquet.
Posset ergò למר, quæ vox & Symmacho & Theodotioni, Brentio
item (pp) Ab - Esra (qq) Raschio (rr) Abarb. (ss) pluralem
notat, quamvis præcedant singularia, de *Isaëlitis* exponi. Ad
למר quoqve ישראל עדר perinde ac I. Sam. 24. 9.
(tt) si per cœtera liceret, possent subintelligi.

(mm) cum Abarb. f. 78. c. 4. l. 17. seq. f. 80. c. 2. l. 33. & Ab.
Esra B. B. f. 519. c. 2. l. 21. (nn) Michl. f. in Jes. 57. 8. Nab. 3. 11.
(oo) in Jes. 51. 12. Michl. f. Pf. 123. 1. (pp) Gejer Disp. Inaug. S.
21. (qq) l. c. (rr) B. B. f. 498. c. 2. l. 16. add. Lipman. p. 132. l. 6.
(ss) f. 80. c. 2. l. 34. f. 78. c. 4. l. 68. (tt) Michl. f. Pf. 42. 2.

XVI. Nihilò ramen secius non minore jure ac Abarbanel
de Josiâ, de Jesaiâ Ab. Esra, Saadias de Jeremia, Alschech de Mo-
se, nos de subjecto singulari eoqve masculino explicamus. Inpri-
mis cum נגע למר & singulare נגע v. 4. idem declarent. Ac-
cedit etiam hoc, quod LXX, qui verene alias an minus mentem
Sp. S. sicut assecuti meum non est dicere, singulari retento אחר
eis Δαβατος reddant. Non abluere Chaldaum, sed singularem
constanter retinere dicit Hunelius. (uu) Sed dicit. Meum nun-
quam impetrabit assensum, quippe qui לוהרון tunc demum,
quando pluralis esse desinet, pro singulari agnovero. Pluraliter
expresfisse Chaldaum testatur Varenius. (vv vv) Neque cum eo-
dem Jesuità (xx) vel Bonfrerio (yy) fecerim, qui non sine insi-
gni fontium despicentiâ Judæos codicibus suis D inseruisse ca-
lu-

(uu) Hott. Cl. Scrip. l. 1. c. 2. p. 199. Gl. Phil. l. 1. n. 62. p.
148. (vv) In Jes. 53. p. 332. (xx) Hott. l. c. (yy) Cit. Weller.
S. 3. 6. 2. p. 94.

luminantur. At quo non mortalia cogit pectora fontium ignorantia! Macerent se alii verporum objectione quantum velint. Repetat Musculus (zz) מ מפשע. Dicat Christum excisum esse propter plagam Eorum sc. Israelitarum. Statuat Galatinus (aaa) asyndeton: Propter scelus populi mei & ulcus eorum sive quod erat illis. Pariat vox למן difficultatem Brentio; suppleat idem שר Quibus sc. membris s. cui populo debebatur plaga. Accipiant alii pro appositione priorum. (bbb) Nobis id sequi, quod verisimile videtur, quasi desperata certi cognitione non perplacet. Res etiam in vulgus pervulgata est, Lutherum optimè למן in singulari expressisse. Quæ interpretatio quam ardentibus amores excitaret sui, si iustâ ponderaretur librâ. Singulariter quoque accipiunt OEcolam. f. 262. h. l. 2. Th. Schnepfius l. p. 765. Tremel. Pagn. Vatabl. Ar. Mont. Editio Vulg. Latina Nurimb. A. 1482. (ccc) Grotius & Magn. Calov. Bibl. Ill. T. 2. p. 267.

(zz) Cit. Gej. D. Inaug. S. 21. (aaa) Arc. C. V. s. 14. p. 581. (bbb) Var. l. c. p. 321. (ccc) Ib. p. 333. p.

XVII. Est quidem למן plerumque numeri pluralis, sed suam ignorantiam dicam an malitiam prodens Abarbanel inde in nostros invehitur, quos falsam confinxisse interpretationem pronunciat audacter. Procul dubio qui liberioris esset oris, & mentiri Abarbanel diceret, & quod iniquè Christianis imputat (ddd) retorqueret: כמרת ממיעוט בקיאותו בכתבו הקדש קרה לו זה: Probat C. L. E. (eee) ex Michlol Kimchi (fff) מו etiam singularis esse numeri. vid. עלימו Job. XX. 23. quod Chaldaeus עליו LXX. εἰς αὐτόν & XXII. 2. conf. Ab. Ef. (ggg) Michl. J. (hhh) Quibus cur Gejerus (iii) Pfal. 5. 12. addat, causæ nihil video. Adjici potuisset פנימו Pfal. XI. 7. Ch.

אפוי R. Mose & Michl. J. per פניו exponunt. רשי quidem pluralem seruat, sed textum vehementer torquet. Faphetum itidem pro plurali pugnancem castigat Ab. Ef. in l. c. qui עלימו quoque Job. 27. 23. per עליו consentiente רלכנ (kkk) interpretatur. Ab Æthiopicis pariter suffixum מו in utroque adhiberi numero ex L. d. Dieu docet Varenius. (lll) Quia ipsum למן pro לו non raro

B 3 rō
(ddd) F. 79. c. 4. l. ult. (eee) l. c. p. 35. (fff) f. 266. p. 1. ed. Venet. in 8. add. Michl. J. & Abend. f. 199. c. 3. l. 14. a. f. & c. 4. l. 2. (ggg) B. B. f. 712. c. 4. l. 24. (bbb) f. 200. c. 1. l. 24. & in Pfl. XI. 1. LV. 20. (iii) l. c. S. 21. f. (kkk) B. B. f. 823. c. 1. l. 15. c. 2. l. 17. a. f. (lll) l. c. p. 332. conf. Lud. de Dieu Animad. b. l. p. 547.

rò ponitur. Quod jam ita probatum habeo, ut notam tamen editionis Tigurinae marginalem ad h. l. (mmm) Sed videtur לָמוּ pro לָמוּ legendum, nam מִן saepe superfluit, non approbem. Nec ad illud confugiam לָמוּ quod habetur Deut. 33. 2. quamvis Judaei singulariter ad unum illud referre Deum videantur: (nnn) Sunt, qui לָמוּ Psalm. 28. 8. forsan R. Mosen (ooo) secuti singularis esse numeri notam statuunt. Sed cum parti adversæ addicti ex Michl. J. AbEsr. Raschio, ut Chaldaicum taceam, quid excipi possit, didicerint, id non urgeo. Cur enim omnibus præliemur armis adversus Judæos, etiam plumbeis mucronibus? *Selectu profecto opus est, præclare Hottingerus, (qqq) non numero sed pondere adversarii premendi & in veritatis viam deducendi sunt.* Quare missio quoque Gen. 9. 26. plerumque citari solito, qui, utrum attentis Judæorum, quæ non de nihilo sunt, objectionibus, pondus habeat dispiciant alii, gemina tantum promo testimonia suo atque sufficienti, cum ex ipsis hausta sint Judæis, contra eorundem pondere firmata. Unum jam cum Glass. Varen. Hulsius p. 397. aliique ex Jel. 44. 15. coll. v. 17. observarunt. Ubi לָמוּ per מִנְיָה Chald. Kimchi per לָמוּ (qqq) explicant. *Adjungo alterum ex Michl. J. לָמוּ כמו לָמוּ allegans. (rrr) Et quid verbis opus est? Ipsum לָמוּ, de quo disceptatur, pro לָמוּ assumit R. Moses. (fff) Quamvis per incuriam Typographi vel Correctorum pervicaciam pro לָמוּ נגע irrepsit לָמוּ נגעו. R. Jf. b. Abraham (ttt) nostrum jam per לָמוּ jam per לָמוּ exprimit.*

(mmm) *Hott. Cl. S. l. 1. c. 2. p. 202. p. (nnn) ברכות f. 6. p. 1. cit. Hott. l. c. p. 201. (ooo) B. B. f. 719. c. 4. l. 4. (ppp) l. c. p. 235. (qqq) B. B. f. 489. c. 2. l. 36. Michl. J. f. 103. c. 3. l. 17. a. f. (rrr) in Ps. 55. 20. f. 173. col. 3. l. 24. a. f. (fff) v. AbEsr. in Psal. 28. 8. B. B. f. 719. c. 4. l. 4. (ttt) in Mun. fid. p. 218. l. 20. 25.*

XVIII. Ad יִרְאָהוּ זָרַע תְּשִׁי, quod proxime à זָרַע יִרְאָהוּ distat, perexpedita est responsio. Equidem non sum nescius, יִרְאָהוּ nullatenus esse 3. masc., multo minus pro 2da pl. cum LXX. accipendam. Nec ad generis enallagen, quæ in lingua sacra datur, (uuu) me recipiam. Faciant id, qui eâ consuetudine sunt imbuti, ut elabendi quarant rimam. Neque audacter magis quam perire, quod ab Abarb. (vv vv vv) dum Ab. Esræ recenset sententiam fieri videas, יִרְאָהוּ substituam, quamvis eâ ratione in portu navigare liceret. Sed cum Incomparabili L. Edzardo, cui Deus bene

(uuu) *Gl. Gr. l. 3. c. 11. 3. can. 55. p. 400. (www) f. 80. c. 3. l. 8. a. f.*

benedicat cumulatissime, pro 3. **פשי** agnosco. Frustra gloriaris Circumcise, si propterea causâ nos cecidisse & ad tua transiisse castra suspicaris. Res omnis in salvo est, modo **עצמו** cum Alsehecho (xxx) & Kimchio (yyy) suppleveris h. m. *se anima ejus (seipsam) exponet sacrificium pro reatu.* Quæ interpretatio nec Gejero l. c. 6. 33. nec Wellero p. 100. nec C. L'E. l. c. p. 122. 129. nec Junio, nec Anonymo (zzz) tandem displicet. Optime denuò Lutherus, quem ad eò fuisse sacratoris Philologiae ignarum, ut **פשי** pro 3. masc. habuerit, gratis dicitur. Vindicat eum eruditè Varenius, l. c. p. 335. f. & quânam insuper ratione commodè possit **פשי** ob 2. Cor. V. 21. pro secundâ capi personâ percenset, conf. *Animadv. Lud. de Dieu* in h. l. p. 547.

(xxx) cit. L'E. p. 268. (yyy) B.B. f. 498. c. 1. l. 14. a. f. (zzz) J. Mart. l. 3. de 3. El. c. 103. p. 596. Sic Muscul. Tarn. Oecol. Comm. b. l. f. 262. a. 264. a. Magnitem Calov. Bibl. Ill. T. 2. p. 272. b. aliq. v. Gejer. §. 33.

XIX. Jonathan expendendus restat. Hic utrum posteriora vaticinii de justorum selectissimis exposuerit adhuc sub judice lis est. Saltem ne verbo quidem justorum in plur., ceu primarii Prophetiæ objecti, facit mentionem. Pertinet huc, de quo, si ex veritate rem esse maveris, non multum ambiges, Jonathanem ad primarium, quod c. 52. 13. constituerat *Objectum*, **הא יצלח עברו משיחא** injectâ quandoque Levi Israelitarum mentione, non semel & versu inprimis 10. recurrere. Quid? quod, cum, Ab. Esra teste, sororio cuncta cohæreant nexu, non potest non idem servare *objectum*. De quo qvalia proferat *predicata si perpendas*, reperias ea dici, quæ de alio quam *Messia* qui accipiunt, vel inviti suffusam mentibus caliginem produunt. Mihi tam spaciosum ingredi dicendi campum, ut demonstrêm singula, per paginarum legibus determinatarum angustiam non licet. Dabit id conflictus. Urgeo unum: *De hujusmodi Chaldaei agit objecto, propter quod iniquitates omnium remittantur.* vid. v. 4. **עוונתנא ברוליה ישתמקון** & v. 6. **למשבק ולמרדוניה ישתבק ברוליה** & v. 12. **חובי כלנא ברוליה** Quod de *ψικαυθωνος* Aristide licet justioribus qui exposuerit, in faciem Sp. Sancto contradixerit. v. Pl. 49. 8. 9. &c. Præterea ipsium **זוהר** (aaaa) disertis testatur verbis: Propter legis poenas nullum hominem afflictiones Israelitarum portare potuisse, præter *Mesiam* sibi eas imponentem. Verba hæc sunt. **אלמרא דאדון (משיח) אקיל מעליהו דיש ונטיל עלו לי הוי בר נש ריכיל למסבל ייסוריהון דישר על עונשו דארויתא**

29.
25
4.
5.
20
10.22.
11.21.
12.0.
19.
13.
14.
15.
16.


: דארווהו i. e. Nisi ipse (Messias) levasser illis (sc morbis doloribus castigationibusque) Israelitas, sibi que imposuisset, nemo fuisset inventus, qui bajulare potuisset castigationes Israel, propter legis poenas. Id quod immediate cap. 53. v. 4. adstruitur. Quoniam ergo Jonathan, quem ברוך הקדוש sive instinctu Sp. sancti (bbbb) scripsisse asserunt Judæi, de שויה צדקנו teste Abarbanele (cccc) prophetiam Jesaia trigessimam exposuit, pondus omni estimatione dignissimum sententiæ nostræ jamjam adstruendæ accedit. Th. Snepsius Sch. in Jes. p. 766. Chaldaica, inquit, translatio totum caput intelligit de Christo. Sunt quidem, qui Chaldaicâ paraphrasi pressi eò delabuntur, ut per allegoriam accomodasse tantum ad Messiam asseverent, verum id ne fiat, satis cavet C. L' E' (dddd) & Hulsius. (eeee)


(aaaa) In Exod. f. 95. f. col. 379. l. ult. ed. Cremon. in sol. A. לפק 319. i. e. A. C. 1559. (bbbb) שבט יהודה f. 52. a. l. 15. (cccc) f. 78. c. 4. l. 24. a. f. (dddd) l. c. p. 49. sq. (eeee) Theol. Jud. l. 1. p. 2. p. 450.

XX. Alsbech, cujus §. 7. memini, meam non desiderat censuram, ingenuâ commentandi ratione jam pridem castigatus à C. L' E' (ffff) & Ant. Hulsio. (gggg) Ex iisdem reliqui de Mose v. 12. accipientes, & propterea §. eadem allegati, ne argumentum dein ab antec. & conf. petendum eorum infringere objectionibus, haurire poterunt responsa. Ego ut זרע וראה ad Mosen applicari posse non iverim inficias, ita b. l. posse pernego. Etenim eadem vera vocum expositio est, cui contextus non refragatur. Id quod R. Sal. b. Vergæ licet enarrare verbis: qui sibi ipsi roganti: (hhhh) הצורה האמתית כמה יתאמת i. e. Forma vera (agit autem, quod ex preced. liqvet de vero cujuslibet versus in lingvâ Hebræâ sensu) ex quo verè dignoscitur? Respondet אמת: הויה אמת על הצורה הפסוקים על הצורה ההיא: Si juxta eandem bono ordine cæteri quoque versus possint disponi. Et vetus est sententia: מי שאינו יודע מה למעלה ומה למטה בספרים הוייה חיים הוייה חיים הוייה חיים Quisquis ignorat, quæ in libris precedunt aut sequuntur, pervertit verba Dei æterni.

(ffff) l. sepius c. p. 240 sqq. (gggg) Theol. Jud. l. 1. P. 2. p. 393. conf. Varen. l. c. p. 322. (bbbb) שבט יהודה f. 41. b. l. 4. f. (iii) Nachm. Disp. cum F. Paulo p. 56.

FINIS.





Eodem modo CHRISTUM multa excepit turba
in eum intenti erant.

9. Ex hoc duo apparent. *Primo*, quod
nullibi localem inclusionem in Nov. Testam. si-
sonæ exceptionem honorificam, quā obedienti-
notet. *Secundo*, quod verba **שמעו דנקבלון**
oportet cælos ut (tanquam Dominum suum)
cui etiam obediant, nihil servile, sed majesticum
indicerent. Adeoque: quod *Græcus Textus*, (in
bis *Dn. Tarnovii* in Exercit. Bibl. p. 1170. edit.
quā nostris dicere) *avibenticus* dicat, quid
oet quod in sui exaltatione secundum humanam
ad dextram Patris occupavit cælestis regnum &
nium dominium: Syris interpretis contrariū ponat
& quomodo se gesserit, videlicet cum magna pro
Dominum suum excepit. Ibi notatur majestatis
triumphantis: hic obsequium & reverentia crea-
mè verò obsequium hoc cælo tribui, vide probat
Dn. Tarnovium.

10. Et quis ex istis nunc ita argumentari vel
& cum obedientia CHRISTUM ut Dominum f
promptè obedit, Ergò localiter eum incluit. Ap-
di artem! Manet ergò, quod pro nostra, non ve-
stet Syra, quod demonstrandum. Et hæc explica-
conveniet, de quo vide *B. Menzer*. l. d. p. 102.

QVÆSTIO IV.

*An particula כ ל ב semper ה demonstrat
ejusq. Punctum assumant*

1. Verissimum quidem est, quod כ ל ב
strativum & Emphaticum, idque **דקראו**
gravitatem lectionis, dicente *Kimchi* in *Michlol*,
steristico quandoque, ut *Bellarmino* plura suggera-
phil id fieri asserimus, dicitur enim **ללין** pro **ללין**
לשמר ad dependendum *Es. 23, 11.* **בעטף** in *ob-*
Thren. 2, 11. **בעיר** in evigilando pro **בהעיר** *Psalm*
petuum hoc esse negamus, exemplis contrariis me-

nes enim
n directè
vod per-
ratur,
77 quem
cipian;
modum
ac ver-
o 1627.
videli-
llatione
plena
fecerit,
istum
Domini
Opti-
o apud
romptè
vel illi
luden-
parte
optimè
ant
emon-
propter
chara-
& Hi-
adam,
בהעט
n per-
Dici-

